



Non ego quidem moenia ignoro, quibus firmissimis omnibus Theologi arcem hanc iamiam, diuinam Christi naturam, cinxerint. Concedo, illos in repellendis hostibus, tamquam in caussa iusta atque bona diligentissimos et felicissimos fuisse. Sed scio fere neminem, cui ante hoc tempus in mentem venisset, via tantum, cuius virtutes supra memoravi, id est, posteriori, Socinianorum impetus propellere. Quotquot fuerunt, et quantus numerus illorum est, qui defenderunt arcem nostram! *) illorum studia, vidimus, ad confutandas rationes Socinianorum modo relata fuisse, et hostes via alia, nempe priori profligasse. Sique interdum fuerunt etiam, in quorum mentem talis via venerit, in ea tamen non omnem illi curam et cogitationem posuerunt. Addas, quod argumentis quoque, a nostris abeuntibus, vituperatores commouerint. Quaerenti itaque mihi, multumque atque

A 3

diu

*) vid. Magnifici nostri Praesid. Bibliothecam Theol. select. Tom. I. Cap. V. Sect. X. §. V. qui sine controuersia de Scri-

ptis Anti-Socinianis diligentissime et accuratissime disputauit.